

Dr. John Wallis his Answer, by way of Letter to the Publisher,  
to the Book, Entituled *Lux Mathematica*, &c. described in  
Numb. 86. of these Tracts.

Clarissimo Doctissimōj; Viro.  
Dom. Henrico Oldenburg, Soc. Regi: Secretario, Johannes Wallis,  
Geom. Prof. Oxon. Sal.

Clarissime Vir,

V Idi Ego, præteritâ septimanâ, Hobbi quæ memoras librum no-  
vum, cui titulus *Lux Mathematica*. Quòd autem Authore R. R. di-  
catur, factum credo, ut sit qui Hobbiū collaudet, si non Alius, saltem  
aliis literis insignitus Idem, (*Roscti Repertor.*) Permitto, si placet, ut  
& Stricuras nostras dicas, Authore R. R. ut sit etiam R. R. Roscti  
Refutator.

Inter *Manifesta* sua, sunt & *Manifesti* Errores. Speciatim (ne multa  
memorem,) cum idem esse vult, *Decem Pedes*, in *Decem Pedes*, atq; simili-  
citer in *Decem*, *Multiplicare*; & quæ hujus sunt similia non pauca.  
Quasi idem esset, *Decem Centurias* in *Decem* ducere, atq; in *Decem Cen-  
turias*, seu, *Duas Centesimas* in *Duas Centesimas*, idem atq; in *duo*; quod  
ille facit p. 33. l. 27. *Quadratum* (inquit) à *duabus centesimis* *equale* est *qua-  
tuor centesimis*: (cum dicendum erat, *Quatuor Decies-millesimis*.) Quod  
quām sit absurdum si nesciat, per me licet ignoret.

Sin displiceat sibi suum *Multiplicare*: Quis Hobbiū jussit, *Muti-  
plicare* (de lineis) importuné dicere (quòd nugis suis locus esset) quod  
*Ducere* dicunt alii; vel, si quando *Multiplicare* (sensu laxiore, sed satis  
intellecto,) tantundem volunt.

Quod *Controversiam primam*, quam vocat, spectat, ex Hobbiī Docu-  
mento *quinto desumptu*; abundè refutavi in *Hobbiō debitâ Correktionē*  
Sect. 5. Sin adhuc nesciat,  $\frac{1}{3} + \frac{1}{3}$  minus esse quām  $\frac{1}{3} + \frac{1}{6}$  (aut illius  
ad 1, rationem minorem esse, quām hujus,) pergit nescire.

De *Controversia Secunda*; quid sit *Ratio*, quidq; banc inter & *Fra-  
ctionem* conveniat aut intersit, abundè ostendi, (cum alibi, tum) in *Hobbiō*  
*Heantos timorumeno*, p. 49, &c. ubi *Hobbiō Dialogo* quarto responsum  
est. Permitto tamen ut ille etiamnum non intelligat.

Tertiam quod spectat; De *Parabola* & *Parabolastris*, quas habuit  
Hobbius propositiones *Veras*, nec suas esse, nec ab eo intellectas, (sed  
& unde habuerit) ostendi, in *Elencho Geometria Hobbiiana* p. 83, 84. i-  
tem 133, 134. (quas *Falsas* habet, non nego quin suæ sint.) Quām bellè  
demonstraverit, ibidem ostendi (à pag. 64. ad 83,) ad Hobbiī cap. 17.  
Ut autem suas ipse demonstrationes illas legitimas judicet, sibi q; adjudi-  
cat, etiamnum permitto: nempe, ut similia sint labra lactucis. Quid  
Ego de his, sive in *Arithmetica Infinitorum*, sive in *Commercio Epistolico*,  
sive in *Tractatō de Motu*, tradidi; ex scriptis meis sciscas velim, (ubi  
&, quid dixi, & quare, videas: non ex Hobbiō narrante. Quod & u-  
bique

H h h h



Eiq; intellectuum velim ; eq; de me referenti derogandam fidem, subiecta fidei sapientis deprehensor.

Quod autem, *Triangulum* (verbis gratia) *Parabolae* aliisque Figurem, etiam *Truncatan*, compleentes parallelas Rectas, & illae numero infinitas. & eorum tamen tam primam, tam ultimam, dat in ipso, sine sollicito dici possit (obstrepente licet Hobbo) satis sum securus.

Ad *Quartum* quod attinet ; quid *Dubium Reste in Relatum*, *Numeris* in *Numerum*, adeoq; *Latus & Radicem*, interstiti conveniantur, jam olim ostenderam, *Operi Arithmetico*, cap. 18. 22. 25. & alibi. Item, quo sensu *Multiplicatio* *Agat Multiplicatum*. Ut non sit opus ab Hobbo (horum nescio) jum edoceri.

Quod 1 per 1 multiplicari non possit, propterea quod nesciunt multiplicare numerum fractum. Sed, Quod decem (pedales) linea (non in 10, sed) in se ducta, faciunt 100 (pedales) Lineas, non 100 Quadrata ; quodq; si queratur, quoties sunt 10 A in 100 A, Quotiens erit (non 10, sed) 10 A ; quodq; 100 A B, sit id quod sit ex 10 AB in 10 AB ; (& quae suat hujusmodi) dicenda erant (non à puero, sed) ab Hobbo solo. Et, *Algebra* in universum continere debere inter fines *Arithmeticae*, neq; omnino avulendum in causa *Geometrica* ; est, nescientis quid sit Algebra.

Ad *Quintum* quod habet ; Quod scil. *Punitum* (*Mathematicum*) sit *Quantum*, & *partes habent* ; *Lineas*, *Latitudinem*, &c. Obtinere debet in *Geometria Hobiana* ; utpote sine quo ipsius *Pseudo-graphemata* non procedunt, (sed neq; hoc concessio:) non in *Euclidea*.

Dum vero ait, *Wallisum dicere, Minorem esse (non & qualis)* *Angulum Semicirculi Recto Rectilineo* ; &, *Angulum Constatn dicitur, quantum esse* ; & quidem, ejusdem generis quantum cum *Rectilineo*; (meq; haec *authoritate Clavii docuisse*, pag. 38;) Quicunq; vel leviter inspexit meum *De Angulo Constanti & Semicirculi Tractatum*, (quem ex professio tueri horum contraria, eoq; nomine editum, res est notoria;) dubitare non poterit, quam sit sublestae fidei R. R.

In *Sexta*, *Septima*, & *qua sequeuntur*, reponit ex *Roseto* suo (est enim quamecumque Rosetum,) falsas quas dudum refutavi propositiones ; (quasi quidem, sapientis repetendo, evasuræ tandem forent Veræ.) Refutationem jam habes editam in *Transact. Philosophicis* pro mensibus *Julio & Septembri Anni 1671*. Nec opus erit, eas toties repetere, quoties ille reponit sua *Nugamenta*. Si sibi nondum satisfactum esse queritur, Ego illud non moror ; non enim recuso quin eas ille pro Veris habeat : Alii ne sic existiment, procul omni metu sumus.

Dicit forsitan ; Se vel demonstrationes (pridem peccantes) emendas, se vel adornassis novas. (Atq; id quidem, in nonnullis, conatus est, in multis, ne sic quidem.) Verum hoc non facit, ut ergo novâ Refutatione sit opus ; quippe, cum antea, non modo non esse demonstrationes offendierim, sed & falsas esse demonstraverim, nullo unquam Novæ Demonstrationis praetextu fieri potest ut evadant Veræ.

Si tamen *Tu petis*, (nam Hobbi hac in re nullam habendam esse rationem

tionem autum ; ) ut ubi novæ, quas subornat, ~~adducent~~ peccent, Tibi saltem indicavero, (ne id solitus inquiras ipse;) ex multis pauca (sed quæ toti subvertendo operi sufficiant) ubi supra omnem medelam peccatur, attingam breviter.

Ad Controversiam Sextam ; Lepidam habes Constructionem, & Hobbius dignam : Nempe, si (pag. 13. lin. 6. & 9.) pro, Radio DA descriptus arcus AX est arcus 30 gradum, posuisset Punctum X ubivis, in GH re-ctâ, (etiam utrumq; productâ,) demonstratio perinde sequeretur atq; nunc ; ne verbulo quidem mutato. Quod legenti statim patebit; (sal-

Vid. Tab. II. Fig. I. tem inspice hanc Figuram ; ubi sumpto X, non Ax arcu, sed in ipso punto G, non minus succedunt omnia.) Ut

possit esse EX quantumvis longa. (Et Hobbius, quantumvis ridiculus; nempe qui hoc ipsum pridem monitus non potuit secundis cuius cavere.) Et quidem Figura nostra, ab scopo suo, satis enor-mis ; sed huic pariter atq; suæ convenit sua demonstratio.

In Demonstratione ; Falsum illud (pag. 14. l. 5.) Errant F& X r. e-quales. (Sunt quidem Parallelæ, sed non e-quales.) Adeoq; falsa quæ sequuntur omnia hinc pendentia.

Ad Septimam ; Objicere me dicit, quod dixerit Hobbius (non quidem dixisse objiciebam, sed quasi sic esset arguisse insinuabam ;) Chordas (in eodem circulo) suis arcibus esse proportionales. Negat se quod objicitur inve-nire posse. Luscus sanè vidisset. Indicaveram enim paginam, versumq; ipsum, locorum saltem Quatuor ubi hoc fit.

Curvedinem quod spectat ; dicit Wallius, in perimetris (vel simili-bus arcibus) círculorum Majoris atq; minoris, tantundem esse curve-dinis ; sed hic in Minor, illic in Majori, Longitudine : (pariter atq; in aliis Polygonis:) Adeoq; Minoris Curvedinem esse, specie seu gradus Majorem, (propter tantundem curvitatis in minori longitudine.) non quantitate Majorem. Id quod in aliis qualitatibus occurrit. Tantun-dem Caloris, in minore mole facit intensius Calidum, sed non plus calo-ris ; b. e. Calorem fieri grauius majorem, sed non majorem quantitate. Sic Hydrargyri unum Pondo, quam unum Pondo Stanni, Gravedinem habet (quod ajunt) specie majorem, ut ut Quantitate eadem ; propter tantundem Ponderis in minore Mole. Quæ Hobbius de his nugatus est (& nunc & olim) apud ipsum videoas ; (neq; enim tanti est ut repetam.) Nescit ille inter Curvedinem quantitate majorem, & majorem gradus. distingue : ut ut eum illud ego expresse docueram, in Hobbius Flea-ton. timorumeño, pag. 98. & alibi.

Controversia Octaua. Cramben reponit, toties recoctam, & toties refutatam, ut jam planè sit rancida. Quam nunc subornat, demonstratio peccat saltem in eo (& quæ hinc dependent) pag. 17. l. 28. ubi dicitur, non possunt esse ; pro quo dicendum erat, non possunt non esse. Sed & quæ sequuntur putida sunt.

In Nona, peccatur (ut alibi, sic) pociuum pag. 19. l. 29, 30, 31. ubi probandum suscepit. puræ & P. p. coincidere. Sensus planè turbidus est, sed, ad mentem suam restitutus, hic erit ; *Quoniam Argulus pDC est  $\frac{1}{2}$  unius recti ; atq; PAR & ARP uterj;  $\frac{1}{2}$  unius recti : Dpcum H h h h 2 R P*

*RP* alicubi faciet  $\frac{1}{2}$  recti, atq; cum *AP*  $\frac{1}{2}$  recti; qui simul sunt  $\frac{1}{2}$  recti, quantus est *APR*: (quod verum est.) At (inquit) id fieri non potest nisi *Dp*,

*RP*, concurrent in ipso *P* Puncto, ubi concurrant *AP*, *RP*. *I.* Vide Tab: II. mō, in qua me go, fieri potest. si (quod res est) *Dp* fecerit Fig: II.

*RP* infra *P* puta in *Q* & post occurrat productæ *AP* supra *P* (puta in *O*) triangulum formans *OPQ*; quippe cujus duo anguli interni ad *Q* & *O* ( $\frac{1}{2}$  recti &  $\frac{1}{2}$  recti) simul sumptui æquantur ex-terno opposito *APR* =  $\frac{1}{2}$  recti; non minus quam si (quod ille somniat) *O*, *P*, *p*, *Q*, essent idem punctum.

Ad Decimum; hoc eum malè habet, quod dixerim, Non mirandum est, Hobbiūm, his utentem methodis, talcm nobis procedere Geometriam; utpote. cui circinus est Calculo accurior: dicitq; in verbis illis nihil se videre in illam sententiam. Tu judex esto, ubi, inter alia, hæc legeris: *Multo* probabilius pronunciabit à mensura. Mensuror diligens, quam qui pronunciabit à falsis principiis, (Logican sive Logisticam vult, quam modò ut incertum condemnaverit; atq; in causa Geometrica non audiendam toties ingemina-  
nat: quod ne dubites, sic progreditur,) & Algebraistam, b. e. Arithmeti-  
cum contra Mensuratum disputantem merito irridet. Aliaq; multa in bunc  
fensus.

Quod sequitur; Hobbesius in eo peccatum esse patet; patet, inquam, non affirmat: Nihili est; nam ne quidem, si affirmasset, eo magis crederem.

Ad Undecimum, (ubi omnia tam miserè putida fuerant, ut abstinere digitos satius duxerit, quam particularem vel definitionem vel emen-  
dationem aggredi,) satis habet insimulare, Argumentum à Radicibus non valere, verasque esse (se judice,) quas ego propositiones falsas esse de-  
monstraveram. Atque similiter ad controv. Decimam tertiam. seu Ultimam.

Ad Duodecimam, ubi multus est,) Falsum illud in limine pag. 23. l. 1.  
(unde dependent omnia) Rectam *Dz* equalē esse arcū *C L*.

Sed porrò lin. 29. ait, addito *PQL*, ubi dicendum erat addito *CYP*. Quo emendato, non habent reliqua quo nitantur.

Insuper, pag. 24. l. 26. hæc habet; *Habemus ergo Aequationem hanc*  
 $2CYP - DPV = DPV - 2PQL$ . (esto: Quid inde?) *Quare, cum mediae*  
quantitates, - *DPV* & *DPV* simul addit.e. equalē sint nihil,  $2CYP - 2PQL$  faciunt nihil. *Sunt ergo CYP & PQL trilinea equalia: Cu[m]p[er]e;*  
æqualium alteri si quid addas, quod fiat quantumvis magnum; alteri tantundem demas, quod fiat quantumvis exiguum, aut etiam minus quam nihil: Tum quid? Num aggregatum illud huic residuo erit æ-  
quale? aut ulla hinc eorum æqualitas colligenda? Videamus; *Habe-*  
*mus æquationem hanc;*  $10 \cdot 8 = 8 \cdot 6$ ; *quare, cum mediae quantitates* -  $8 \cdot 6$  *simil addit.e. equalē sint nihil;*  $10 \cdot 8 - 8 \cdot 6$  *faciunt nihil.* *Sunt ergo*  $10 \cdot 8 - 8 \cdot 6$ , *item horum dimidia,*  $5 \cdot 3$ , *æqualia.* Sic utiq vult Hobbiūm. Putasne tu, ad hæc Refutatione opus esse?

Deinde; (ne flagulis insilitam) pag. 25. l. 25. *Quoniam ergo, &c.* Usq;  
ad Inter *Dk* & *DZ*, &c. l. 33. sunt falsa omnia.

Tum illud lin. 35. *DC ad Dk Duplicatam esse rationis Dz ad DC*, (qua-  
rum, ex constructione, altera est Majoris, altera Minoris, inæquali-  
tatis ratio: Hobbiūm sapit. Item

Item lin. 34. &c. Quoniam ratio  $DC$  ad  $Dz$  duplicita est rationis  $Dz$  ad  $De$ , erunt, inquit, (imo, inquam, propterea non erunt)  $De$ ,  $Dz$ ,  $DC$ , continuè proportionales.

Interim (ut dicta sua paucis connectam;) Erit (inquit. lin. 11.)  $Dh$ , media proportionalis inter  $DC$  &  $Dk$ . Ergo  $DC$ ,  $Dh$ ,  $Dk$ , continuè proportionales : ) Item (lin. 33.) inter  $Dk$  &  $Dz$  sumatur media proportionalis,  $De$ , (Ergo  $Dz$ ,  $De$ ,  $Dk$ , continuè proportionales ; &  $Dz$  ad  $Dk$  duplicita rationis  $Dz$  ad  $De$  :) Sed & (lin. 34.)  $DC$  ad  $Dz$  est Duplicita rationis  $Dz$  ad  $De$ ; Sunt ergo  $DC$  ad  $Dz$ , &  $Dz$  ad  $Dk$ , eadem ratio ; adeòq;  $DC$ ,  $Dz$ ,  $Dk$ , continuè proportionales. ) Sed & erant (ut jam dictum est)  $DC$ ,  $Dh$ ,  $Dk$ , continuè proportionales. Ergo  $Dh$ ,  $Dz$ , invicem æquales : (quarum illa, per constructionem, ponitur media proportionalis ; hæc, duarum mediarum major, inter easdem  $DC$ ,  $Dk$  :) Item propter, tum  $De$ ,  $Dz$ ,  $DC$ , continuè proportionales, l. 34. tum  $Dk$ ,  $Dz$ ,  $DC$ , continuè proportionales, per jam dicta,) æquales erunt  $De$  &  $Dk$  (quarum illa, per constructionem, & media proportionalis inter hanc & hujus duplam.) Nempe, si demonstrationibus Hobbianis standum sit.

Non mirum itaq; quòd, ad hæc quoè viam strueret, (pag. 24. l. 37) Invalidam pronunciaverit tum Demonstrationem Archimedis, tum Euclidis Propositionem, 20. El. 6. (Quadratorum rationem duplicatam esse rationis Laterum.) Repugnat enim, inquit, non modo longitudini Circumferentie Circuli inventa ab Hobbesio ; sed etiam prop. 19. Roseti, qua inventa sunt due media proportionales inter rectam datam & ipsius dimidiam. Vides itaq; in quo statu sunt ipsius tum Quadratura Circuli, cum Duplicatio Cubi, (totumq; simul Rosetum ejus :) & quantâ strage opus est, quo sibi sternat viam.

Neendum finitum est; sed probatu adhuc opus est, quod & probatu. rum se suscipit, &, si qua fides, probassit, ) Differentiam inter rectam, & maximam mediarum duarum, inter se & sui semissim, aequalem esse differentie inter Medianam. inter duas extremas & Minimam : (nempe  $\sqrt{c_1^2} = \sqrt{q_1^2 - \frac{1}{4}}$ ) Sed forti huic opus est ventriculo qui hæc con. coquat : Meus certe ne dévorare quidem potis est, nedum concoquere. Fac tu periculum. Ad ea duo præsertim respice, (inspecto suo Schema- te, quod non tanti est ut repetam,) pag. 27 l. 25. Sunt ergo  $Bi$ ,  $ic$ ,  $cE$ , continuè proportionales ; (nempe, Quia  $DB$ ,  $DC :: Bi$ ,  $ic$ ; &  $Di$ ,  $DE :: ic$ ,  $cE$ . Ergo  $Bi$ ,  $ic$ ,  $cE :: Di$ ,  $DE$  ; cum ne dictum quidem sit, nedum demonstratum,  $DB$ ,  $DC$ , &  $Di$ ,  $DE$ , proportionales esse.) Et lin. 28. Quare recta  $DE$ , dividit angulum  $BDC$  bafariam ; (nempe quia, non Cru- ra  $DB$ ,  $DC$ , sed alia quædam rectæ,  $AB$ ,  $AE$ , sunt in eadem ratione cum basis segmentis  $BE$ ,  $EC$ .) Quippe si hæc duo ferre potes, spes est, ut Bovem tandem seras, qui Vitulum tuleris.

Ubi hæc peregeris; ad eas, quæ sequuntur, Propositiones quinque cum veneris; inspecto iterum suo Schemate, respice, num spes iit demon- strandi, Rectas omnes à puncto  $N$  ductas, & inter  $AT$  transentes, in ea- dem ratione secare arcum  $EG$ , &  $IG$  finum ejus, rectasq; hinc parallelas  $AT$ ,  $Bq$ , &c. De quo si non despondeas, interxitus ad conspectum monstri,

monstri, proprius admotus, respice ad illa pag. 29. l. 32, &c ubi, tri-  
secto arcu BG, in f. i, rectâq; AT, in f. X; præsumit, (quoniam pro-  
batu erat impossibile) N $\beta$  esse unam rectam, itemque NXi; quod fal-  
sum est : quippe recta NF, per  $\beta$  non transbit, cadoeq; nec erunt  
quod ille somniat, A $\beta$ , bf, in ratione NA ad Nb ; neq; N $\beta$  pro-  
ducta transbit per f.) sed neq; NX producta transbit per i.)  
(aut Ni, per X.) Et similiter de sectionum punctis reliquis.  
Atque hac usâ strage simul corruunt hæ Propositiones Quinque :  
(Adeoq; nec dabitur : Recta Arcui Quadrantali aequalis ; nec Dividetur  
Angulus in ratione data ; nec Dato Arcui invenietur aequalis recta ; nec Da-  
ta recta aequalis Arcus ; nec Inscribetur Circulo Polygonum Regulare, da-  
tum habens numerum Lateralium : Proh dolor !) Nos, quid de huic mo-  
di nugis sentiendum sit, (Rectas omnes, ab uno aliquo punto ductas,  
in eisdem rationibus secare posse curvam aliquam, atq; expositam  
rectam ; & quæ sunt hujusmodi,) jam olim ostendimus, non enim  
vel semel, vel nunc primum, sed olim & sèpius eadem oberravit chor-  
dâ, in Elencho Geometria Hobbianæ, pag. 97, 98, 99 ; 103, 104 ; 111, 112,  
113, &c. & Hobbius Heanton timor. p. 119, 120. & alibi.

Tandem (quòd mirum est) demonstrandum suscipit unam Propositionem Veram, sed quam ille mallet Falsam ; quippe id ejus intererat  
vel maximè:) Nempe, Quod quatuor quintæ radii non est major duarum  
mediarum inter radium, & Semi-radium. Ecquis dixit esse ? Certè, si  
non Hobbius, nemo aliis. Nam  $\frac{4}{5}R = \sqrt{c_1 \cdot \frac{4}{5}R} > \sqrt{c_2 R^3}$ ) Sed videa-  
mus, quâm ille hoc demonstret Bellé. Nempe hoc ut probet, pag. 33,  
Est (inquit lin. 12.) Cubus à DC 1000 quorum Cubus à Dt est 512. Mox  
autem (lin. 22.) Cub. DC & Dt, sive 512. & 256 ; qui neque iidem sunt  
neque in eadem ratione, cum 1000 & 512. Paulò pôlt (lin. 24. &c.)  
Non est (inquit) recta Dt (nempe  $\frac{4}{5}DC$ ) media proportionalis inter totam  
DC & ejus dimidiâ, sed è major ; (Rectè quidem, sed quanto major?)  
quantum est duodecim millesime partes Cubi à totâ DC ; (nempe duarum  
Rectarum differentia, est Corpus Solidum;) sive quantus est Cubus à  
duabus centesimis ipsius DC (pro eodem utique habet,  $\frac{1}{100}$  Cubi, & Cu-  
bus ex  $\frac{1}{100}$ , h. e.  $\frac{1}{1000}$  Cubi : sed pergit,) Nam Quadratum à dua-  
bus Centesimis recto cujusc inque, & quale est quatuor Centesimis quadrati to-  
tius ; (Nempe quadratum à  $\frac{1}{100}$ , seu  $\frac{1}{1000}$ , facit ille  $\frac{1}{100}$  : Et Quadra-  
tum diagonalis ejus (utpote duplum quadrati Lateris) potest 8 quorum duæ  
centesime potest 4. Itaq; super quadratum ex illis duabus centesimis si con-  
struatur Cubus, Cubi istius diameter potest 12 quorum due centesime Radii  
potest 4. (Quorsum hæc ? inquires, nempe, inquit,) Demonstravi nus er-  
go, quatuor quintas semidiometri, duarum mediarum inter Radium & Semi-  
radius majore, majus esse ; & quanto. (Nempe, toto corpore solido, quod  
sit  $\frac{1}{100}$  Cubi ex Radio ; idemque, si credes, & quale Cubo ex  $\frac{1}{100}$  Radii.)  
Spectatum admissi risum teneatis ? Sin hæc placeant, ejusdem farinx  
sequuntur ibidem plura, modo vacat legere.

Sed esto. Dabimus enim (utut non ab illo demonstratum) verum es-  
se ; nempe.  $\frac{4}{5}$  Radii, non esse majorem duarum mediarum inter Radium &  
Semi-Radium. Quid porro ?

Nempe,

Nempe ; cum non sint aequales  $Dt$ , quæ est  $\frac{1}{4}$  Radii, &  $Dz$  duarum illarum medianarum major, quod se demonstrasse putat<sup>2</sup> suâ tamen inter sic ut harum Quadrata sint aequalia ; quorum unius latus  $tr$ , alterius  $ze$  ; (secus enim, ruituram videt totam suam machinam, quæ hæc duo quadrata pro eodem habet & ostendendum suscipit (pag. 35) latitudinem habere suas rectas, & quantam eam esse oporteat ; tantam scil. (saltem non minorem) quanta est  $re$ , (duarum  $Dt$ ,  $Dz$ , differentia;) quod possint (parallelæ)  $tr$ ,  $ze$ , pro eodem ejusdem quadrati Latere haberi. Quæ quidem  $re$ , major minorve erit prout major minorve est expositus Radius : Puta si ponatur Radius 200 pedes, erit  $re$  plusquam unus pes, seu  $\frac{1}{4}$  proximè : si Radius 200 millaria, erit  $re$  plusquam unum milliare. Verum si, (quod ille etiam vult) sumenda sit  $Dc$  aequalis ipsi  $DF$ , erit  $Dz$  adhuc minor ; ipsaq;  $re$  (lineæ latitudo) militari, i. duo (proximè.) Nam polito  $DC = 200$ , erit  $\frac{1}{4}$  ejusdem  $Dt = 160$  ; & major duarum medianarum  $Dz = 158 \frac{1}{4}$  ferrè : Sed quam ille descripsit  $Dz$ ,  $= 158$  proximiè : Ut sit (lineæ latitudo)  $re$ , partes 2, qualium  $DC$  est 200 ; adeoque cœlestima pars radii : Quæ itaque non est adeo minutula, quid (vel Circino magistro) in Schemate non magno distingui possit, si foret Hobbes saltem tensor diligens. Egregium Commentum, & Hobbio dignum ! Quod quidem nisi concedamus, (pag. 32. l. 6.) Sequetur, inquit, manifestè (quoniam longitudo sine latitudine nihil est,) Latus quadrati esse nihil, b.e. nullum esse quadrati latus. Vid. Tab. II. Fig. III.

Atque hæc sunt illa, Hobbesii Inventa in Geometria (si credes) multa, nova, excelsa, clara, utilia. Hæc ea sunt, propter quæ (utut verum sit, nec autoritatem, nec rationem in Mathematicis Hobbesii, apud Anglos multum valere;) Extræ, legitur, intelligitur, laudatur. Sed ubi terrarum est illud Extra ?) Imò talia sunt, inquit, ut nec ætas prior majora vidi, nec futura confutabit aut extinguet. Tu, credo, aliter judicabis.

Ejusdem

Figur. N<sup>o</sup>. 37.

Tab. III.

Fig. III.

Fig. IV.






Fig. III.

Fig. IV.